

Elatos, quorum tristi ditione gemebat
 Marchia, pressa nimis ac excruciatu furoris
 Immanis rabie, que pacis ad otia leta
 Rite redacta modo floret gaudetque, repleta

Fol. 6v rechte Spalte

Plausibus optatis et amena prosperitate
 Plena deliciis rerum quoque fertilitate.
 Tempore quippe tuo, Clemens In – papa – nocenti
 Egidiiue tui venerandi cardi – que – nalis
 Ispani, tituli Clementis presbiter almi
 Qui quondam, dignus Sabinensis episcopus est nunc
 Quorum non posset laudes en promere miras
 Ullius lepide dictantis ⁵lingua deserta⁵
 Et sub Fernandi Blaxio domino generoso
 Eius rectore, titulis mire probitatis
 Insigni, clare quoque nobilitatis honore
 Anno Milleno tercentum quinquageno
 Quino salvavit qui Christi nos moriendo.

Fol. 7r

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen. Preter quod nemo aliud potest ponere fundamentum⁶, ad cuius laudem et reverentiam infrascriptum volumen et in eo contenta debea[n]t redundare, et sue gloriose matris, que in altissimis super Cherubin et Seraphyn constituit tronum suum, et beatorum apostolorum Petri^c omnium aliorum summi, in quo eterni templi structura Deo hedificante constructa mirabili munere gratie Dei in ipsius firmitate consistit, et Pauli, qui salvatoris provisione miranda sibi fuit per dexteris societatis adiunctus. Hii sunt, qui Dei ecclesiam glorioso cruore martirii specialiter Christo domino consociarunt. Et aliorum Christi apostolorum, [qui]⁷ iudices sunt seculi et lumina vera mundi⁷. Et aliorum sanctorum et

c) folgt *Rasur*.

5) *Arator, Historia apostolica*, ed. Arpád Peter ORBÁN (CC 130, Pars I, 2006) I 460 S. 259.

6) 1. Cor. 3, 11.

7) Vgl. *Analecta Hymnica Medii Aevi*, Bd. 51 (1908) Nr. 108 S. 125: Vos, saeculi iusti